

Decis. Aurearum Pars II. Lib. II.

multiplicat fornicationem, uel adulteriū
 pluries, cum muliere, toties peccat quo-
 ties multiplicat, cum sint plura adalte-
 ria, Ita Bar. in l. vulgaris, ff. de furt. ubi dat
 pulchrā declarationem ad illud, quod di-
 citur ꝑ multiplicationem non reiterare
 delictum, quia illud procedit, quando pe-
 na non esset iterabilis, unde si pro deli-
 cto adulteriū imponeretur pœna mortis,
 licet quis multiplicauerit adulteriū, vi-
 nicā tantum penā luet, & ratio est: quia
 pœna non est iterabilis. Sed si pœna esset
 iterabilis, tunc pluribus fornicationibus
 cum eadem muliere habitus teneretur
 ad plures pœnas. Pariter in foro pœnitē-
 tiali plus est puniendus, & maior pœni-
 tentia imponenda esset illi, qui pluries de-
 liquit, quā qui semel. Rursum ꝑ com-
 mittens pluries fornicationem, toties cō-
 fiteri debet, arg. tex. in cap. imitare, 6. q. 1.
 & 2. q. 1. cap. 2. Host. in sum. tit. de pe-
 nit. & remiss. q. quæ interrogationes, ver.
 Circumstantiæ vero, & in § qualis debet,
 vers. frequens. Quod dictum intellige,
 quando interrupto tempore peccasset, al-
 iās si per annum tenuisset amāssiam, uel
 concubinam, peccando cum ea perseue-
 ranter dicto tempore, tunc sufficeret si
 diceret se perseueranter peccasse, uel id
 egisse, de pœnitent. distinet. 1. cap. 1. Ar-
 chid. in d. c. imitare. Si tamen vis scire dif-
 ferentiam rationem inter multiplicatio-
 nem fornicationis, & contrectationis, q.
 nulla multiplicat delictum, ꝑ illa non.
 Dic, quod ex prima cōtrectatione est or-
 ta furti actio, unde non potest plus oriri
 ex noua cōtrectatione: quia ex multipli-
 catione cōtrectationis nō multiplicatur
 interesse eius, cui factum est furtum, sed
 multiplicatione fornicationis bene mul-
 tiplicatur contemptus Dei, & ipsius pro-
 ximi, & sic peccatum. Rursum, ex prima
 cōtrectatione res quo ad possessionē est
 furis, de res. spo. c. ex literis, unde pluries
 cōtrectando non comittit plura furti, sed
 in adulterio secus: quia ex copula adalte-
 ria mulier non est uiri, nec quo ad pro-
 prietatem, nec quo ad possessionē, ideo quo-
 ties multiplicat, toties peccat in rem alie-

nam. Ita præpositi in d. cap. imitare, 6. q. 1.

Secunda. Furti notari nō possunt, qui
 res ꝑ acceperunt autoritate illius, cuius
 erant res illæ, & personæ, cap. dixit, 14.
 q. 5. Hinc filii Israël rapiētes spolia Aegy-
 ptiorum ad Domini iussum, cuius sunt
 omnia: nam Domini est terra, dist. 8. cap.
 quo iure, extr. de deci. cap. tua. non com-
 miserunt furtum, ut dicit ibi Archid. &
 Turrecrem. nisi causa cupiditatis illud
 fecissent, arg. 1. q. 5. c. cum minister. Pa-
 riter accipere aliena autoritate iudicis
 hoc decernentis, non est furtum, quia iā
 sit ei debitum, per hoc quod est sibi sen-
 tentialiter adiudicatum. Astenf. lib. 1. de
 furt. tit. 33. art. 3.

Tertia. Furti species est ꝑ occultatio
 alienæ laudis, ita Bald. dicit in proœ. ff.
 per tex. in l. præcia rerum, cap. ad l. Falc.
 Idem Ioan. And. in proœm. sexti. qui di-
 cit, quod nihil est adeo reprehensibile, &
 uituperabile, quā malle potius in furto
 deprehendi, quā profiteri illi, à quo
 profeceris. Et ex hoc infert Mar. Socin.
 in rubr. de fur. num. 7. quod sicut non re-
 mittitur peccatum, nisi restituatur abla-
 tum, ut in reg. peccatum, de regi. lib. 6.
 ita etiam non remittitur Doctōr, aut ma-
 gistro, qui alienas opiniones, aut laudes
 sibi appropriat, nisi restituat.

Quarta. Simpliciter asserenti ꝑ se cre-
 didisse Dominum permissum non cre-
 ditur, quia hoc modo facilius quilibet
 posset euitare pœnam furti, sed ex con-
 iecturis debet iudex iudicare, ita dicit Bar.
 in linter omnes, §. recte, ff. eod. (verbi
 gratia) si esset nūmis familiaris Domino,
 uel ad accipientem haberet speciale in-
 ductionem, ff. de acquir. poss. l. qui iure fa-
 miliaritatis, uel si esset nobilis, & hone-
 stam uitam præcederet, & sequeretur, ff.
 de iudic. l. si longius spaciū, in fi. extra,
 de donat. c. 1. His enim casibus præsume-
 re potest iudex Dominum permissum,
 ut dicit Archid. in d. c. pœnale. Quinim-
 mo, nec simpliciter creditur Domino, si
 dicat furtum commissum suo consensu:
 quia posset dicere in fraudem ad libera-
 dum reum à pœna, & inquisitione.